



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

Anaclasis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

CAPVT XVII.

Acyron, siue, Acyrologia.

Improprium, vt sperare, pro timere. Tercet. Nam, quod tu speras propulsabo facile. Et Herod. lib. 8. ἀνελκάλως γὰρ ἐξενήπιζον. Aduersarios se habituros sperabant.

Aesologia.

F. Ruf.

Hoc schema efficitur ratione breui, & sententiosa. Ita vt, quod dubium est visum, ad certam fidem adduci videatur, vt; Etsi acerbum vobis, quod dicturus sum, videbitur, tamen, a quo animo audiendum est: nam ferè, verum consilium, quod initio auditugrane est; in posterum cognita utilitate fit iucundum. Lycurg.

Aganathesis.

L. Ruf.

Indignatio, quæ sit maximè pronuntiatio, vt: Fero ego te Torquate, iam dudum fero, Cic. pro Sylla.

Et, *Canendo tu illum, aut vnquam tibi fistulæ*

intra fuit Virg.

Allæsis.

P. Ruf. Alij enim antithesi confundunt.

In hoc schemate diuisio, & separatio est personarum, aut rerum, & demonstratio quantum interfit, vt: Diuersa studia in adolescentium animis aduerteramus, tamen si fratres erant, vno, atque eodem sanguine orti, alter in studio laudis versabatur, & industria virtutis, vitam gloriosam, sed laboriosam sequebatur; alter in augenda pecunia occupatus, & habendi cupiditate deprauatus, summas diuitias, summam virtutem existimabat. Hic nimirum magis erat laboriosus, qui laborem condendi, non vtendi causa suscipiebat. Hegesia. Item; Non enim simile est viuere in æqua ciuitate, vbi ius legibus valeat: & deuenire sub vnus tyranni imperium, vbi singularis libido dominatur. Sed necesse est, aut legibus fretum, meminisse libertatis, aut vnus potestati traditum, quotidianam commentari seruitutem, Hyperidis.

Allæsis apud Alexandrum Rhetorem aliud sonat, scilicet mutationem numerorum, casuum, personarum.

Amphidiorholis.

Apud Alexandrum Rhetorem; ὁταν πρὶν εἰπῆν, ἢ εἰπόντες ἀσφαλίζομεθα τὸν λόγον, cum dicti alicuius acerbiterem, & antequam dicatur, premunimus, & postquam prolatum fuerit, mitigamus.

Anaclopsis.

Hoc schema fieri solet, cum id quod ab altero dictum est, non in eam mentem, quæ intelligitur sed in aliam, aut contrariam excipitur. Huiusmodi est vulgate illud Proculianum. Proculcius, cum filium suum moneret, & hortaretur, audacter ex bonis ipsius sumptum faceret, quas in res veller, atque opus esset: nec tum denique speraret libertatem, licentiamque vtendi futuram, cum pater discessisset, cui, viuopare promiscuè omnia liceret: ac filius respondisset, non esse opus sepe eadem oratione moneri, nec se patris mortem expectare. Ei Proculcius pater subiecit, Immo verò minimè meam mortem expectes, nec properes moliri, vt velocius moriar.

Plato interrogatus, qui Respubl. beata fieret: respondisse dicitur; Si aut qui sapiunt, imperare, aut imperant, sapienter discant.

Item Theophrastus dicitur dixisse, Prudentis esse officium, amicitiam probatam appetere, non appetitam probare.

Item Aristoteles dicitur dixisse, Bius esse vitam beatissimam, cuius & fortunæ sapientia, & sapientiæ fortuna suppediter.

Anacenesis.

Communicatio est, cum aut ipsos aduersarios consulimus, aut cum iudicibus deliberamus. Cicero in Diuinatione. [De te iam, Cæcili, mehercule extra hanc contentionem, certamenque nostrum, & reliqua. Est & idiotissimos.] Item pro Quintio] Si de prædijs tuis ageretur, Sex, Næui, si in paruula re captionis aliquid vererere: non statim ad C. Aquilium, aut ad eorum aliquem, qui consuluntur, cucurrisset? cum ius amicitia, societatis, affinitatis ageretur, &c. idem ibidem. Ego pro te nunc hoc consulo post tempus in aliena re, quod tu in tuare, cum tempus erat, consulere oblitus es. Quæro abs te, C. Aquili, L. Luculle, P. Quintili, M. Marcelle, vadimonium mihi non obijcit quidam socius, & affinis meus, qui cum mihi necessitudo vetus, controuersia de re pecuniaria recens intercedit, &c. Item pro Sexto. Si recidè vestram bonitatem, atque prudentiam agnouim, non multum me fallit: si conq. R. S. primum expectari. Cato, Si vos in eo loco essetis, quid aliud faceretis. [& alibi] Communem rem putare, ac vos huic propositos. Virgilius.

-fui